


## DESCRIPTIO GADIVM.



## DESCRIPTIO GADIVM.

**G**ADES hominum finem dixit Silius Italicus : Solinus extremum orbis terminum. Fin-  
gebant enim Poëtae hic Solum Oceano mergi, neque ultra terras esse,  
Felix, heu nimis, & beata tellus,  
Que prenos Hyperonis meatus  
Summis Oceani vides in undis,  
Stridoremque rota cadentis andis !

Nautæ Bataui etiamnum promontorium hujus insulæ occidentale ( Hispanis Puncta de S. Se-  
bastiano ) vocant, het eynde des Werelts ; ultimam orbis metam. Hispani hanc insulam Cadiz, &  
corruptè Caliz nominant. Græci Καδίσ, quasi τῆς γῆς δεῖπάν, terræ ceruicem, ut prodidit Ste-  
phanus in vrbibus. Plinius tamen Gadira Punicam vocem esse scribit, & septum significare. Ge-  
minas idem Gades fecit. Una insula habebat oppidum ciuium Romanorum Iuliam Augustam ;  
Altera oppidum Gadium : Hæc vocatur ab Ephoro & Philistide, Erythræa, à Timæo & Sileno,  
Aphrodisias, ab indigenis olim Iunonia. Maiorem Timæus Cotinusam vocatam ait, alij Tar-  
tesson appellebant. In hac Geryonem habitasse quidam existimauere, cuius armenta Hercules  
abduxit. Hunc Herculem Mela putat fuisse Ægyptum, Arrianus Tyrium, eo quod Tartessus &  
Tyrijs sit condita. Geryonem verò aduersus quem Hercules Argiuss ab Euristheo missus fuit,  
negat Hecatæus quicquam ad Iberiam pertinere; Aristoteles non ex hæc Erythræa abductos bo-  
nes, sed ex altera, quæ etiam Hypate dicitur, autor est. Ut ex grauissimi Philosophi testimo-  
nio fabulosæ Gentilitatis vanitas appareat, insignia omnia & magnifica ad Herculem referentis,  
& quidem, ut scribit Tacitus, Argiuss. Phœnices igitur hanc urbem primi considerunt. Mos  
enim erat antiquus Phœnicum gentis, cum multis simul mercandi causa domo proficiendi  
& quum